Quelle: https://manuscripta.at/?ID=468
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



runt · Ipsi enim sunt qui aduersum saluatorem populum concitauerunt · ut consona uoce clamarent · crucifige crucifige tale · dequibus · & ante iam dicat · dequibus · & ante iam dixerat · Ipse dns uenier cum senioribus populi · & cum principibus eius · uos autem quare succendistis uineam meam · y rapina pauperis indomibus uestris · Quam obrem iuxta lex loquitur ad eos · Propter uos semper nomen meum blasphematur in gentibus · Et sciendum quod in gentibus non habetur in hebreo · sed absolute nomen meum iugiter blasphematur · ut subaudiatur in synagogis uestris · qui diebus ac noctibus blasphemant saluatorem · & sub nomine nazareno ut sepe dixi · ter indie christianos congerunt maledicta · Illis itaque blasphemantibus · & maledicentibus domino populis eius · de quo crebro iam dictum est · idem populus xpianus · scilicet nomen illius qui uenturus est in nomine patris · y propterea scilicet quia ipse qui prius locutus est per prophetas presens erudiet populos · Iuxta lex loquitur adiuri dns · quod in egypti uoluntate descenderit · dicente in deuteronomio moyse · In lex · animabus descendent patres tui in egypti · y a assyriis uiolenter captiui abducti sunt · Nunc dicit ad eos · Et nunc quid estis hic · idest quid facietis in ista iudea qui per necem prophetarum indi filium misistis manus · Aut certe ad anglicas potestates & presides templi loquitur dns · Quid hic facitis · Cur non relinquitis populum blasphemantem · Quod & ioseph refert · aptis repente uentis templi · & sponte reseratis quasi multi homines uix claudere poterant · uocem de aditis templi exisse dicentium · Transeamus exhis sedibus · In quo consideranda sermonum proprietas quod non dixerunt recedamus · sed transeamus ad populum gentium · Nunc uelum templi a summo usque deorsum scissum est · induas partes · ut omnes iudeorum cerimonie pandentur · & eo tempore impleretur quod in eodem propheta dicit · De syon egredietur lex & uerbum domini de ierusalem · y iudicabit inter multas gentes usque in longinquum · In omnem terram exiuit sonus eorum · & in terminos orbis uerba eorum · & in omni loco domino offertur incensum & hostia munda · quoniam propheticus sermo completus est · Recordabuntur y redibunt ad dominum omnes fines terre · & adorabunt in conspectu eius omnes familie gentium · quoniam domini est regnum · y ipse dominabitur gentium · Nunc dicit ad principes iudeorum · Ululate · y ululate · quoniam uos causa estis ruine populi · Porro iuxta anagogen hoc possumus dicere · quod descendat in egypti huius seculi · populus dicit propria uoluntate · quoniam amator magis uoluptatum quam dei est · y audit illud propheticum · Ve qui descendit in egypti · ad auxilium · Qui cum uiuus fuerit delinitus · & habitauerit in loco aquarum & fluminum qui castitatis non habet sicitatem · te uiolenter tradet assyrius ut dominent ei · qui eum postea in peccato arguant atque conuincant · Ipsi enim y inimici y iudices dequibus loquitur adiuri · Et